

DISSERTATIO INAVGVRALIS ⁵
DE
S V M M A
ECCLESIAE VERAЕ
DIGNITATE

AD LOCVM S. PAVLLI CONTROVERSVM

I. TIM. III. c. 15.

Die Gemeinde des lebendigen Gottes,
ein Pfeiler und Grundveste der Wahrheit.

QVAM
PRAESIDE
DN. IO. GEORGIO ABICHT
S. THEOLOG. DOCT. ET PROF. PVBL.
CONSIST. ADSESS. PAST. ET SVPERINT. GENERAL.

PRID. CAL. IVL. CIO IO CC XXX VIII.

PRO LICENTIA
SVPREMOS IN THEOLOGIA HONORES
RITE ADIPISCENDI
PVBLICE EXAMINANDAM
PROPNIT
AVCTOR RESPONSVRVVS
IO. GOTTFRIDVS HERMANNVS
ECCLES. AC DIOECESEOS PLAVIENSIS
PAST. PRIM. ET SVPERINTENDENS.

VITEMBERGAE
TYPIS EPHRAIM GOTTLB EICHSFELDII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

DISSENTIO IN
S. M. M. A.
ECCLESIAE VERAE
DIGNITATE
AD LOCOM 2. VALLI CONTROVERSIUM
Dr. Christianus der Leibnizianer
in der Stadt Leipzig



Dr. Jo. G. G. A. R. I. C. H. T.
K. O. P. I. C. T. A.
HONORES
IN
G. O. T. T. I. N. G. I. E.
S. M. M. A.



THEOLOGO
ET. MERITIS. ET. DIGNITATE
SVMMO
ECCLESIAE. VERAЕ. COLVMINI
BERNHARDO. WALTHER.
MARPERGERO

HOC. QVICQVID. EST
EXERCITATIONIS. ACADEMICAE
OFFERT
ET
PIETATIS. OMNI. AERE. PERENNIIORIS
MONVMENTVM
VEL. IN. CHARTVLA. HAC
PONIT

VT
QVOD. PVBLICE. DEBET
DEBERE. SE. PVBLICE. PROFITERETVR

TANTI NOMINIS

CVLTOR. OBSERVANTISSIMVS
IOANNES. GOTTFRIDVS. HERMANNVS

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

PROOEMIUM.
DE INSTITVTO ET DIVISIONE
DISSERT.

CAP. I. DE DICTI CONTROVERSI HISTORIA.

- §. I. ad VI. a saeculo demum XVI. noua interpunctio apparuit,
quae ecclesiae elogium ad sequens mysterium demisit.*
- §. VI-VIII. cuius fautores et praesidia referuntur.*
- §. VIII-XI. Innumeri alii veterem distinctionem praerulerunt,
diuersam tamen explicationem secuti.*
- §. XI. Quidam eorum ad Timotheum voces controuersas retulerunt.*
- §. XII. Eorum argumenta tanguntur.*
- §. XIII et XIII. Plurimi autem ecclesiae hic fauent, quorum
sententia Cap. II. munitur.*

CAP. II. DE VERA INTERPVNCTIONE ET SENTENTIA.

- §. I-VIII. Aduersariorum argumenta ordine refutantur.*
- §. VIII-XII. Verae interpunctionis et sententiae munimenta
adiiciuntur.*

CAP. III.

CAP. III.
DE SENTENTIAE HVIVS EXPLI-
CATIONE.

- §. I - V. Vocum explicatio.
§. V - VIII. Sententiae verae explanatio.
§. VIII - XIII. Eiusdem illustratio e re sacra gentilium, et
Iudaeorum, atque ex ipsis metaphorae visceribus.
§. XIII - XV. Vberior confirmatio.

CAP. IIII.
DE IIS, QVAE INDE SEQVVTVR.

- §. I - VI. Vfus dicti contra Pontificios, aliosque aduersarios.
§. VI - X. Cohortatio ad ecclesiam, eiusque in primis mini-
stros.
§. X - XII. Promisso hic latens euoluitur.
§. XII. Pio voto opella obsegnatur.



B. C. D.
PRO O E M I V M.



In testimoniis divinis, quae ecclesiae dignitatem loquuntur, a multis inde saeculis locum tenuit elogium columnae ac firmamenti veritatis, quod illi S. PAVLLVM inscripssisse *1. Timoth. III. 15.* communis fere omnium consensus declarat. Homines, qui abiecto saepe veritatis scuto, et desperatis malae causae rebus, ad vnam ecclesiae auctoritatem se recipere solent, et hoc quaesivisse vallum, illudque sacis munitum credidisse, vix est, quod edisseram. Ecclesiae purioris doctores licet ea, qua par est, moderatione, ex indole et permisso reliquorum scripturae oraculorum, hunc locum attingant, eum tamen de ecclesiae et officio, et dignitate agere, vel eo tempore non inuiti dederunt, quando arx ista, qua Pontificii vi veritatis superati se continebant,

bant, erat expugnanda. At enim vero in his, qui ab inuito veritatis propugnandae studio Protestantium nomen tulere, fuerunt ex eo tempore nonnulli, qui, pede magis collato, ex his Paulli verbis, quae ad id tempus ornamenta ecclesiae fuerant, cognomen ecclesiam sibi induere posse, aut dubitarent, aut pernegarent. Et nescio equidem, an sit vllum in omnibus pro ecclesiae adlatis testimoniis, adeo intra vnius saeculi spatium distractum, atque hoc est, quod non solum, vt fere fit, in diuersas sententias huc illuc raptum, sed etiam aliis atque aliis interpungendi modis distinctum apparet, ita, vt, quantum quisque natando valeret, in hac potissimum oceani parte periclitari voluisset videatur. Ego autem de ecclesiae verae dignitate dicturus, quamquam eiusmodi scopulos, quos oratio praeteruehetur, praeuideo, huc tamen cursum dirigere, quam tutius iter inire malui. Ne tamen nihil agam duo potissimum apud animum constitui: vnum, ut ecclesiae honori monumentum hic esse fixum, pro virili montrem; alterum, vt quocumque haec demonstratio cadat, id tamen efficiam, ecclesiam veram iure, ac sine vlla dubitatione, ita nuncupari posse. Si fieri potest vtrimque, sin minus certe ex altero dignitas ecclesiae sua constabit. Cuius rei explanandae causa ordine rem agemus. Primo dicti controuersi historiam, deinde veram interpunctionem et sententiam, tum sententiae explicationem, postremo ea, quae inde fluunt, breuiter persequemur.

CAPVT

CAPVT I.
DE DICTI CONTROVERSI
HISTORIA.

§. I.

Cum disputatio omnis, quae hac in caussa eruditos exercet, eo redeat, quorsum referenda sint verba honorifica *τύλος και εδραίαμα της αληθείας*, vtrum ad ecclesiam, an aliorsum; adscribenda sunt verba Paulli, quorum in medio palma posita est, addita vocum interpunctione vtitissima: *ταῦτά σοι γράψω, ἐλπίζων ἐλθεῖν πρὸς σε τάχιον· εἰ δὲ θραδύνα, ἵνα εἶδῃς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεῶ ἀναστρεφεσθαι, ἧτις ἐστὶν ἐκκλησία Θεῶ ζώντος, τύλος και εδραίαμα της αληθείας. και ὁμολογούμενος μέγα ἐστὶ τὸ της εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερῶθη ἐν σαρκί*

§. II.

Quocumque demum scriptionis modo hic vsi fuerint scriptores primi; neque enim ad aetatem nostram peruenerunt exempla prima et vetustissima; id tamen exploratum est, vix esse in patribus atque doctoribus ecclesiae veteris, qui aliter, quam de ecclesia praekonium illud acceperit, si ab vno fere GREGORIO NYSSENO, quem infra adferemus, discedas. Ac si virorum doctorum testimonio standum, (a) codices antiquiores manuscripti hunc ipsum locum controuersum sine vlla accentuum, spirituum, punctorum et sententiarum distinctione, exhibent; et fallitur sine dubio SAMVEL PVFENDORFIVS, (b) qui vnum atque alterum codicem

A 3

vetu-

(a) Vid. *Dissert. Epistol. quae inserta est L. NEOCORI Biblioth. Libr. Nou. mens. Aug. et Sept. a. 1697. Num. XIII. p. 404.*

(b) *de Habitu Rel. Christ. ad vit. civil. §. XXX. p. 93.*

vetustissimum aliter, ac vulgo fit, haec verba distinguere et voces *σύλξ καὶ ἐδραιώματος* ad sequentia non ad ecclesiam referre adferit potius, quam demonstrat.

§. III.
Quicquid ea de re actum, ex saeculo proximo reperendum est, quod explicationum Scripturae nouarum varii generis magnum tulit prouentum. Ea tempestate falcem criticam et huic campo, in quo nunc versamur, iure an iniuria mox videbimus, eruditi immiserunt.

§. IIII.
Prodierat quidem saeculo XVI. Basileae semel atque iterum (c) Nouum Testamentum Graecum, quod interpuncta verborum ita collocauerat, vt appellationem columnae et firmamenti veritatis non ad ecclesiam, sed ad ea, quae de magno pietatis mysterio sequuntur, pertinere manifestis signis pateret. Verum data opera et consulto id vsu venerit, nec minus certo liquet.

§. V.
Eorum qui mentem suam de mutatione interpunctionis receptae instituenda publice declararunt, princeps fuit IOANNES CAMERO (d) Reformatae religionis Theologus. Is puncto, quod vulgo verbum *ἀληθείας* sequitur, de sede antiqua migrare iussit, atque post vocem *ζώντος* posito, appellationem *σύλξ καὶ ἐδραιώματος* a superioribus auulsam ad insequentia esse protrudendam, variis argumentis docuit. Neque tamen est nouae huius distinctionis auctor et inuentor, sed, vt videtur, nouus causae ad id tempus obscurae

(c) Vid. WOLFII *Cur. Philol. in b. I. pag. 447.*

(d) *Myrothec. Euang. p. 27§.* et alibi iisdem paene verbis.

rae approbator et actor. Sane ABRAHAMVS SCVL-
TETVS (e) non quidem bellum hoc, vt putat IMMA-
NVEL WEBERVS, (f) primus mouit; attamen suo iam
tempore professus est, *magnos esse viros, quibus videatur susce-
ptum κἄλον ὀλοκληρον post verba τῆς ἀληθείας positum, eosque existi-
māre, verba τῶλον καὶ ἰδραϊώμα non ad praecedentia, et ecclesi-
am, sed ad sequentia, adeoque ad Christum referenda.* Quorum
rationes ordine recenset, ac subiungit, eos ipsos iudicare, re-
ceptam lectionem posse ferri: quam etiam ita explicat, vt
quamcumque ecclesiam particularem, in qua verbum Dei pu-
re docetur hoc nomine appellare possimus. Et fuisse antea
nouae distinctionis alios amatores, aliquem suspicionis odo-
rem adferunt ea, quae de exemplis Testamenti Graeci Basile-
ensibus modo commemorauimus.

§. VI.

Mercibus nouis facile inueniuntur emtores. Commenda-
bat se mutatus interpunctionis ordo atque inde nata ex-
plicatio viris eruditis non paucis, iis tamen maxime, qui eccle-
siam Romanam auctoritati suae imaginariae vel ex hoc loco
colorem adfiscere indigne ferebant. Ex Lutheranis curricu-
lum hoc tenent variis rationibus inducti, ERASMVVS
SCHMIDIUS, (g) VRSINVS, (h) MOSHEMIUS (i),
OEDERVS (k) et WOLLIVS, (l) qui tamen alioqui
pro vindicanda distinctionum antiquarum dignitate non sine
gloria militauit. (m) In Reformatis et Arminianis haud paulo

(e) *Ad uox. in b. l. Cap. 1111. Critic. Sacr. Tom. V. p. 906.*

(f) *Parerg. Philolog. Dissert. ad b. l. §. XII. p. 8.*

(g) *Animaduers. in N. Test. p. 1243.*

(h) *Analect. Sacr. Vol. I. Lib. VI. Num. XXXV. p. 403.*

(i) *Heilige Reden Part. I. pag. 128.*

(k) *de Programmat. Graec. Sect. II. Cap. VIIII. p. 103.*

(l) *Dissert. Praelim. ad edit. nou. Virginae de Synagoga Reg. IIII.*

(m) in *Quadrige disformum N. Test. ab interpunctionibus nouis vindicatorum.*

Io maior est doctorum numerus, qui nouitati huic pollicem premunt, aut certe fauere videntur. Ex illis praeter CAMERONEM, quem nominaui, CAPPELLVM (n) et ARNOLDVM, (o) ex his EPISCOPIVM (p) et CLERICVM (q) in testimonium citare satis esse duco.

§. VII.

Hi vero omnes columnae firmamentique honorem ecclesiae demtum ad veritatem mysterii euangelici deferunt. Cum quibus alia quaedam, eaque leuioris momenti interpunctio viri docti, conuenit, qui post vocem *μίγα* commate posito, voces *καὶ ὁμολογημένως μίγα* retro ad *ἔδραϊώμα* trahendas esse, semel iterumque ostendit. (r) Nec tamen ab illa distinctione CAMERONIS descectit, neque a voce *ἔστ*, ut videri posset in *Ven. WOLFII Curis Philologicis* (s) nouam periodum incipit, sed tantummodo mysterium illud pietatis vult dici columnam ac verum omniumque confessione magnum stabilimentum.

§. VIII.

Rationes, quas adferunt, hae fere sunt. Primo orationem deformem fieri, si a viro eloquentissimo eandem rem eodem loco et *ἔκων* et *ἑύλον* dictam velimus: deinde insequens *καὶ* nouam periodum durius ac praeter consuetudinem Paulli inchoare: tum Christum potius eiusque veritatem fundamentum esse ecclesiae, quam ecclesiam veritatis: porro exempla Basileensia aliter esse interstincta: postremo formula Iudaeis

fol-

(n) in *adnot. ad N. T. Crit. Saer. Tom. V. p. 910.*(o) *Lux in tenebris p. 463.*(p) *Instit. Theol. Libr. IIII. Sect. I. Cap. VIII. p. 241. seq. et Respons. ad Wading. Cap. VI. p. 119.*(q) *Art. Crit. Parr. III. Sect. I. Cap. X. §. 17. p. 136. Vol. II.*(r) vid. L. NEOCORI *Biblioth. Libr. Non. loco cit.*(s) *Cur. Philol. d. l.*

sollemni ipsas veritates columnas & firmamenta vocari: tandem arctiorem esse sermonis apostolici nexum, si noua puncto sedes deligatur.

§. VIII.

Reclamant his alii ferme omnes, et antiquo interpungendi more seruato, elogium columnae ac stabilimenti ad sequentia minus apte transferri pronuntiant. Quibus accedit alia, eaque leuior permutatio DANIELIS HEINSII, (t) qui ne bis eodem momento vox $\Theta\epsilon\tilde{\iota}\varsigma$ et $\Theta\epsilon\tilde{\iota}\varsigma$ ζῶντος comma finiat, aut potius, vt obseruationi de columna nubis et ignis adlatae locum commodiorem dare posset, comma post ζῶντος eiectum inter voces ἐκκλησία et $\Theta\epsilon\tilde{\iota}\varsigma$ inserit, atque ita $\Theta\epsilon\tilde{\iota}\varsigma$ ζῶντος σύλον, quem obseruatio modo dicta quaerebat, inuenit. Interim in capite rei reliquis adhaerescit.

§. X.

Vna est horum omnium mens, vna regula, verba σύλος καὶ ἰδραῖωμα τῆς ἀληθείας ad ea, quae proxime antecedunt, esse reuocanda; sed cui eorum, quae superius adferuntur, illa adscribant, admodum dissident, diuisi in classes duas.

§. XI.

Minor est eorum, qui Timotheum ipsum isto honore augent. Faces videtur praeferre GREGORIVS NYSSENVS in libro *de vita Moysis* (u) qui tamen locus non est
B adeo

(t) Exercit. Sacr. ad N. Test. pag. 515.

(u) Oper. Tom. I. p. 226. Καὶ τὸν Τιμόθεον καλὸν σύλον ἰτεκλήματα, ποιήσας αὐτοῦ, καθὼς φησι τῆ ἰδίᾳ φωνῇ, σύλον καὶ ἰδραῖωμα τῆς ἐκκλησίας ἀληθείας, quae verba plane aliter interpretes reddiderunt: At vero Timotheum columnam pulcherrimam fabricatus est, cum ipsum firmitatem veritatis suae vocis doctrina effecerit.

adeo clarus, quemadmodum mox ostendemus, et, si esset, tamen vix vllum ecclesiae patrem viae socium habet, id, quod itidem infra apparebit. Verum Erasmi Roterodami aetate quosdam Timotheo hanc praedicationem vindicasse, eodem ERASMO teste (x) disco. Vnus omnium maxime partes illas defendit GATAKERVS, Chillingsuorthum ducem secutus. (y) Nec aliter sentiunt RVSIVS (z) et ZORNIVS, (a) viri doctissimi.

§. XII.

Ne scenae desint, ellipsin hic statuunt τῶ ὧς aut ὧν (b) cumque esset, (c) qui ita ob δῆι praemissum εὐλογίᾳ potius, quam εὐλόγῳ scribendum fuisse iudicaret, alia via, quae tamen minus expedita est, elabuntur. (d) Cur Timotheo hic quam ecclesiae fauere malint, causa praecipua, aut potius vna est, huiusmodi fore orationem Pauli eloquentissimi, si quam domum nominauerat, illico columnam diceret. Cui specioso magis, quam graui ponderi quasi, ornatus causa, appendunt obseruationem, aliis etiam in locis Scripturae sacrae, atque ipsius Pauli stilo viros sanctos columnae nomine insigniri.

§. XIII.

Alter, et is omnium maximus est illorum numerus, qui inde

(x) *Adnot. ad b. loc. Crit. Sacr. T. V. p. 897.*

(y) *Aduers. Misc. Cap. XX. p. 339.*

(z) *Harm. Euang. Tom. II. Lib. V. p. I. S. I. Cap. VIII. p. 176.*

(a) *Biblioth. Antiqu. Tom. I. Pars. VIII. p. 325.*

(b) maiore fortasse veritatis specie verba haec sine vlla ellipsi loco Vocatiui Attice posita esse dicerent.

(c) Fuit is FRANCISC. WOKENIUS, cuius vide *Obseruat. Critico-Bibl. p. 53.*

(d) RVSIVS *Harm. Euang. c. I. p. 177.* vbi tamen obseruandum, loca illie adducta *Act. XV. 22. 23. et Eph. III. 17.* nihil plane, quod e re R.V. SII sit, probare.

de ab antiquissimis temporibus, vsque ad nostram memoriam
elogium Paullinum ecclesiae largiuntur. Quos si vel praeci-
puos nominatim adducam, vereor, vt magni voluminis spati-
um sufficiat. Vt tamen quasi e filua spatiosissima vel aliquot
frondes colligamus, AVGVSTINVM, (e) CHRYSO-
STOMVM, (f) *libros ecclesiae nostrae Symbolicos* (g) LV-
THERVM, (h) CHEMNICIVM, (i) GERHAR-
DVM, (k) HVNNIVM, (l) BALDVINVM, (m) SEB.
SCHMIDIVM, (n) BVDDEVN, (o) WEBERVM, (p)
viroscque alios celeberrimos DEYLINGIVM, (q) HEV-
MANNVM (r) et WOLFIVM, qui sententiam contra-
riam ante adoptatam, perspecta eius infirmitate, deseruit, (s)

B 2

ex

- (e) *Comment. in Psalm. XXXVII. v. Op. Tom. 1111. p. 311. Namque eam, (ecclesiam) firmamentum apostolicis literis appellatam audi et agnosce: quae est, inquit, domus Dei viti, columna et firmamentum veritatis.*
- (f) *Exposit. in Epist. Paull. ad Tim. I. Homil. XI. p. 1576. Στόλος ἐστὶ τῆς οἰκουμενικῆς ἢ ἐκκλησιαστικῆς ἐνοῦσης τοῦ μυστηρίου καὶ θεῆς ἐκείνης. Καὶ μυστήριον ἐστὶ, καὶ μίτρα, καὶ ἰσοπέδιλος μυστήριον, καὶ ὁμολογημένως.*
- (g) *Apol. Conf. Aug. ad Art. VII. n. 1111. p. 148. Et haec ecclesia proprie est columna veritatis. Retinet enim purum Euangelium, et, vt Paulus inquit, fundamentum, hoc est, veram Christi cognitionem et fidem. Clarius exemplum Germanicum exprimit, in appellatione columnae ad locum Pauli de ecclesia spectari: Dieselbige Kirche ist eigentlich, wie Paulus sagt, eine Saenle der Wahrheit, denn sie behaelt das reine Euangelium, den rechten Grund, und wie Paulus sagt, einen andern Grund kan et rel. edit. prim. 1580. p. 64.*
- (h) *Sendbrieff wieder die Rotten-Geister, Op. Tom. II. p. 209. edit. Vicemb. es Tom. VII. p. 318. sequ. et 518.*
- (i) *Exam. Conc. Trid. P. I. p. 27.*
- (k) *Loc. Theol. Tom. V. Avr. de Eccl. S. CXVI. p. 800. seq.*
- (l) *Oper. Lat. T. IIII. p. 787. et Tom. II. p. 616.*
- (m) *Comment. in b. loc.*
- (n) *Colleg. Biblic. Post. Loc. XVI. p. 297. seq.*
- (o) *Instit. Theol. Dogm. Lib. V. Cap. III. S. VIII. p. 1276.*
- (p) *Ἀποστολικὸν Φιλολογ. Lipsf. 1681. quod in Paveris Philolog. ab eodem auctore editis omnem fere paginam facit.*
- (q) *Observat. Sacr. Part. I. Obseru. LXXVI. p. 317. seq.*
- (r) *Paveris Critic. p. 152. seq.*
- (s) *Cur. Philolog. cit. h.*

ex Reformatis GROTIUM (t) HEINSIVM, (u) KNATCH-
BVLLVM, (x) SPANHEMIUM (y) et COCCE-
IVM (z) in primis causſae huius antefignatum IACOBVM
GOTHOFREDVM (a) adlego. Neque vero tot testes
aduocaffemus, niſi plerique argumentum noſtrum illuſtrarent.

§. XIII.

Quorum firmamentis cum et nos vtamur, ea non ſolum in
medio ponemus, ſed, vbi fieri poterit, munitionibus quibus-
dam augere conabimur.

CAPVT II.
DE VERA INTERPVNCTIONE ET
SENTENTIA.

§. I.

Si nobiſcum ſentientium multitudinem rei momentum aeſtime-
mus, apparet hic eccleſiae ſplendor contra venientium nu-
becula vix obſcurandus. Verum rationibus nunc in aciem
prodeundum, et cauſſa argumentis agenda, quam tamen, fa-
teor, a parte noſtra, quam ab altera quacumque eſſe expeditio-
rem, vtpote qui locum antiquum tam diu tenemus, donec alii
praefidia, quibus nos deiciant, adferant firmiora.

§. II.

(t) in not. ad hunc loc.

(u) Exercit. S. loc. cit.

(x) Animaduert. in N. Teſt. quae habentur in IO. DOVGTAEI *Analec.*
S. p. 107.(y) *Vindic. Euangel. Lib. III. Loc. II. Op. Tom. III. p. 379.*(z) *Comment. ad b. l.*(a) *Exercit. de Eccleſ. Crit. Sacr. Tom. V. p. 926, et SVICERI Theſaur. Ec-
cleſ. Tom. I. p. 1050. ſequ.*

§. II.

Sed falua, credo, erit res. Ac primum quidem ab omni antiquitatis testimonio: viriusque sententiae nouae propugnatores destituuntur, et si quando ad patrum ecclesiae auctoritatem prouocant, aut manifesto falluntur, aut ambiguus incertisque quorundam adsercionibus adfensionem aucupari student, quod in testimoniis, quibus maxime nituntur, vsu venit. In eiusmodi locis patres saepe alteram columnae appellationem, qua Paullus collegas suos, insignit, (b) spectasse, aut formulam loquendi, quam orator sanctissimus de ecclesia adhibuit, in vsu suum conuersam ad alia accommodasse, admodum est verisimile. Deinde si, vt recte fecerunt Patres, voces illas in significatione etiam passiuam acceperunt, videlicet esse ecclesiam firmamentum veritatis, quia a veritate firmatur; non potuerunt aliter loqui, quam fundamentum ecclesiae esse veritatem. Sed id circo neutiquam elogia haec ecclesiae ad ipsum *ἐπιστοβείας μνησθηριον* retulerunt, cum plerumque iidem illi scriptores, qui id faciunt, amplissimis verbis eundem honorem ecclesiae tribuant. Quod in CHRYSOSTOMI scriptis, (c) quae hic excitantur, planissime apparet. Vnum fere argumentationis hic est genus, nescio cuius: vbi patres ecclesiae formam loquendi Paullinam *σύλος και ἐδραίωμα* aut de re quadam, aut de persona vsurparunt, aut certum, aut verisimile est, eos quam in partem Pauli verba acceperint, declarasse. Verbi causa BASILIVS M. Episcopum quemdam vocat *σύλον και ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας, σεβείωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως*. Ergo iudicio certo, vt ipse, quod mireris, nouae huius sententiae osor, HENRICVS SCHARBAV colligit, (d) prodit, se verba Paulina

B 3

lina

(b) Gal. II, 9.

(c) Hom. XI. in Epist. I. ad Tim. pag. 1775. seqm.

(d) Parerg. Philolog. Theol. Part. V. p. 112.

lina de Timotheo intelligere. Ostendas, amabo, vllum nexum. Sic et illi recte sentirent, qui hoc loco EPIPHANIVM et alios Christum ipsum intellexisse volunt. (e) Et vereor, ne eandem animaduersionem mereatur, argumentum ex GREGORIO NYSSENO desumptum, licet adiecta sint verba *καθώς φησι τῆ ἰδίᾳ φωνῆ*. (f) Quidni enim, quae ecclesiae, cui praecerat Timotheus, a Paulo adscribuntur, ad Timotheum ipsum *τῆ ἰδίᾳ φωνῆ* Pauli applicari possent? Certe qui ecclesiam hoc honore adfcit, eandem nec doctori eius praestantissimo denegauerit: vt multa alia, quae addi possent, praetereamus.

§. III.

Imbecillum porro est, a prisco distinctionis vsu ideo defletere, quod sermo concinnitati, quam forte sibi fingunt nonnulli, minus respondeat, si *σῦλος* vocetur id, quod paullo ante vocatur *δικος*. (g) Cur enim hoc absouum? Quia *σῦλος* pars domicilii? Id, vero, si generatim et sine exceptione dicunt, quod illos facere video, plane nego. Saepe est *σῦλος* sine aedificio, domus integra sine *σῦλω*, praesertim si lapidea, cui ecclesia fere comparatur. (h) Sed liberales simus et demus hoc, tamen nihil inde a sermonis elegantia alienum. Nimirum, vt bene distinguipotest, si Deum patremfamilias spectes, ecclesia sine vocatur domus: si veritatis Euangelicae ministerium, testimonium, ac propagationem, defensionem vsque ad mortem contra aduersarios, dicitur *σῦλος καὶ ἐδραίαμα*. Vbi igitur tanta deformitas? Deinde vnde probabunt adeo rigidi eloquentiae sacrae

(e) SVICERI *Thef. Eccles. Tom. II. pag. 1043.*

(f) *loc. supra cit. cum quo conferri potest eiusdem Hom. XIIII. in Cant. Cantic. Op. Tom. I. p. 683.*

(g) v. IO. CLERICVS, itemque alii, quos *Cap. I. §. VI.* adduximus.

(h) *1 Petr. II. §.*

sacrae iudices, aut debuisset, aut voluisset, allegoria, et similitudine eadem vti Paullum? Quid si emphatice aut significantius hic loqui vir Dei voluerit? Quemadmodum fit in aliis Scripturae locis. (i) Si ita lima vti aequum est, multa in pandectis diuinis occurrent ex regulis critices pertinacioris emendanda. Nec arduum foret in Criticos illos, qui Timotheum hic laudari putant, eodem vti iure. Cur enim voces illas ad Timotheum relatas ad remotum potius, quam ad propinquum transportant, qua metathesi, vt optime iudicat KNATCHBULL (k) nihil potest esse durius? Cur verba *πῶς δὲ ἀναστρέφεται* ad Timotheum solum hic trahant? Abest potius vox *σε*, quam versio Germanica adiecit: *wie DU wandeln solt*, et, si seriem orationis Paullinae vel praetereundo adspicias, vbi non de Timothei et Episcopi officio tantum, sed etiam de ministris ecclesiae alius ordinis, eorumque et vxoribus et liberis actum erat, eodem aut maiore iure verba conuerti poterant: *daß du wissest, wie MAN wandeln soll in dem Hauße Gottes*. Hoc enim maxime intererat Timothei episcopi, scire non suas solum, sed aliorum etiam, quibus in ecclesia praeerat, partes, eaque de causa, vt loquitur CHEMNICIVS (l) *non dicit apostolus, quomodo oporteat TE conuersari, sed indefinite et generaliter loquitur: quomodo oporteat conuersari*. Quae si ponas, vt ferme cogit nexus sermonis, ruunt et iacent reliqua omnia, quibus verba *τύλος καὶ ἐδραίωμα* ad Timotheum transferuntur. Si enim maxime obtinerent, eam praedicationem ad remotum *ἀναστρέφεται* esse remittendam; ad omnes hoc attineret, quorum officia antea descripta erant, atque voces elogi in plurali numero ponendae fuissent. Deinde, vt subtilia et exilia quoque attingamus, cur disputatores illi nimis critici

tan-

(i) vid. *Bibl. Illustr. Calouii ad Marc. XVI, 7.*

(k) *loc. cit.*

(l) *Examen Conc. Trid. Part. I. p. 27.*

tantum sibi indulgent, vt ἀναστρέφεισθαι cum σύλω et ἰδραλώματι coniungant, quae minime decet moueri, si tanta allegoriae profrequendae cura eos tangit? Cur ad ellipsin et alia non necessaria noua sua explicatione defugiunt? Ita non vident manticae, quod in tergo est. Quod eo minus praetermittendum duxi, quo apertius quidam cum RVSIO (m) declararunt, hac vna de causa communem sibi distinctionem relinquendam fuisse.

§. III.

Nec vero subsequens καὶ nouum quid natura sua exigit, vt volunt illi, qui fidei mysteriis laudes ecclesiae debitas destinant. (n) Et mirari subit, ZELTNERVM id tanti habuisse, vt omnem antiquitatem humani aliquid in loci huius interpunctione et explicatione passam, eamque necessario deserendam esse, editis in vulgus Bibliis Germanicis, monendum duxerit. (o) Actum agerem, si, quod per se planum est, exemplis docere vellem, καὶ viam esse transeundi ad noua, ad similia, ad adfania, et vsum declarandi, explanandi, confirmandi habere. Quas-cumque demum iubeas esse vices huius particulae, eam tamen sententiae nostrae non solum non aduersari, sed potius fauere, et abesse vix posse, mox planum faciemus.

§. V.

Quod alii de Christo vno veritatis fundamento, et veritate ecclesiae fundamento loquuntur, rectissime faciunt; (p) neque tamen id circo ecclesiam ab honore columnae et stabilitati excludi satis eminebit in ipsa, quae sequetur, explicatione.

§. VI.

(m) *Harmon. cit. p. 179.*

(n) vid. EPISCOPIVS et eiusdem causae socii adlegati *Cap. I. §. VI.*

(o) *Anmerckungen über die Bibel pag. 203.*

(p) CAMERO *l. cit. p. 278.*

§. VI.

Exempla noui testamenti Basileensia eodem habemus loco, ac nudam illorum, qui iis contra omnis antiquitatis et reliquarum editionum fidem pugnant, adseritionem. Neque enim sunt Cameronis, et Erasmi Schmidii aetate multum maiora. (q)

§. VII.

Eiusdem, nisi forte etiam leuioris sunt census, quae de formula scriptoribus Iudaeis iisque Paulo longe iunioribus sollemni, qua veritatem et doctrinam rerum necessariarum columnam et fundamentum fundamenti vocant, huc transferuntur. (r) Sunt haec ornamenta causae probatae, non, vt censent, adiuuenta et fulcra illius probandae.

§. VIII.

Sed serio alii rem agunt, qui ea, quae de mysterio pietatis omnium confessione magno Paullus tradit, si voces illae controuersae ecclesiae cedant, nullo prorsus modo cohaerere grauiter contendunt. Adeo hoc sibi habuerunt persuasum quidam eruditi, vt, IO. CLERICVS hunc locum in iis numeret, vbi interpunctio vitiosa fecerit, vt ea hic quaererentur, quae iis inesse nemo somniasset. (s) Cumque esset nuper, qui nouam epistolae prioris ad Timotheum versionem oculis doctorum publice submitteret, vix impetrare a se potuit, vt vocibus *ῥύλος καὶ ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας* eodem in capite domicilium relinqueret; sed plane nouum illas caput inchoare iubebat. (t)

C

§. VIII.

(q) vide supra Cap. I. §. IIII.

(r) CAMERO et alii supra excitati.

(s) Art. Crit. I. cit.

(t) Videatur *Freywillige Nachlese bey den gelebrten und erbaut. Monats-Schriefften. Collect. I. p. 40. sequ.*

§. VIII.

Nos vero, vt ad munimenta causſae noſtrae progrediamur, principio omnium ſermonem Paullinum optime cohaerere ſta- tuimus. Monet vir ſanctiſſimus Timotheum, omneſque eccle- ſiae miniſtros de officio ſuo, quod ſpeciatiſimè, ac veluti per claſ- ſes virtutum eundo, ab initio capitis ferme ad noſtrum vſque locum fecit. Tandem monitiſ ſuis quaſi duo pondera argu- mentorum, quae in officio miniſtros eccleſiae contineant, ad- dit: alterum eſt dignitas eccleſiae, quam hoc ipſo commata XV. vocat domum Dei, cuius oeconomos eos eſſe Deus velit, eccleſiam Dei viuì, columnam ſtabilimentum ſedemque verita- tiſ, quam non ſolum ipſi veritate, fide conſtantia ornare, ſed animo confirmato, et miniſterio fideli, tamquam columnae quae- dam ſuffulcire debeant. Adiungit alterum, καὶ ὁμολογεμένης μεγά ἐστὶ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, cuius etiam capita ſumma tra- dit. Quo ipſo, quanta ſit veritatis caeleſtiſ dignitas, qua prae- paratione, reuerentia, fide, cura ad tanta myſteria ſit miniſtris eccleſiae adeundum, atque in iis verſandum, perſpicue docet. Atque haec eadem eſt Chryſoſtomi aliorumque eccleſiae pa- trum ratio ſermonem apoſtolicum colligandi. (u) Nec ca- pitis proximi inferioriſ initium huic argumento non cohaeret. Tangit enim vitia obſervantiae & officio in myſteria reli- gioniſ contraria, & notat Pſeudoprophetas in ouile Dei inua- ſuros, ac ſacra haec talia illotiſ manibus tractaturos. Quae ſi conſiderentur, nihil aptius iungi potuiſſe arbitramur, et cum NORTONO KNATCHBVLLO plane conſtitui- mus *orationem bic eſſe emphaticam, nec fidem ſolum, ſed et adm-
ratio-*

(u) CHRYSOSTOMVS, CHEMNICIVS, et HVNNIVS, l. c. Nec minus placent, quae in ſententiam eandem hoc loco adfert AVGVSTI- NVS MARLORATVS *Expof. Cathol. N. Teſt.*

rationem postulare τὸ καὶ, (x) quod aliorum in oculis fudes nouaeque fuit origo interpunctionis.

§. X.

Nec video, cur interpunctio tot saeculorum spatio inueterata, tot testium auctoritate confirmata, tot editionibus, tot versionibus perpetuo seruata atque ad nos transmissa, tam leui de causa, adeo nullo loco habeatur. Certe haec sola QVISTORPIO impedimento erat, quo minus mutationi huic faueret. (y) Neque enim vmquam sine grauissimis rationibus, (z) veterem scripturae sacrae interpunctionem licet laceßere, quam ex Hieronymi iam tempore in describendo codice sacro obseruari coepisse, vel CLERICO iudice, (a) obtineri potest. Quapropter admirationem pariter, atque animaduersionem meretur, nescio quae, sententia OEDERI, (b) quando interpunctionis loci nostri Paullini peruulgatae originem, causam ac fraudes, quas hic putat emerßisse, Roberto Stephano imputat. Explosa enim vetere, quam hic tuemur, interpunctorum collocatione, *indignum videtur*, ait, *tot doctis hominibus imponere posse viri vnus Roberti Stephani inter equitandum excogitatam & inquinatam saepe textus sacri partitionem*. Veritatem laederem, nisi haec inconßultius dicta esse palam faterer. Rem, vt est, accipe. Cardo causae totius in eo vertitur, vtrum nota maioris distinctionis seu punctum post vocem ἀληθείας, an vero post vocem ζῶντος ponatur? De capitum aut versuum, vt vocamus, distinctionibus,

C 2

qua-

(x) Animaduers. cit. in DOGVTAEI *Analect.* p. 106

(y) Adnot. ad b. l. pag. 364.

(z) PRITIVS *Inroduct. in Lect. N. Test. Cap. XXVII. §. VI. p. 361. edit. nouiss.* cui omnino addas adnotationem Reu. HOFFMANNI p. 362.

(a) cit. loco pag. 131.

(b) de *Progr. inuat. Graec. Sect. II. p. 103.*

quarum partem maximam sibi vindicat Robertus Stephanus plane huc nihil spectat. Ponamus enim, plane abesse capitulum & versuum eiusmodi ordinem & nullum vumquam existisse Robertum Stephanum, at vero apparere post vocem ἀληθείας punctum perfectum, quod multis saeculis ante adfuit, nonne hoc ipso elogium nostrum ab insequenti mysterio seiungitur? Deinde, si puncti post ἀληθείας collocati primum esse auctorem Rob. Stephanum, re ipsa reclamante, ad tempus fingamus, num homo ille multis millibus eruditus, qui tot ante saeculis vixerunt, distinctione sua potuit imponere? Quid? si inuertamus illa, et, festinatam Stephani numerorum adiectionem Criticis multis imposuisse, dicamus, ut animaduersa istius incuria, saepe manifesto deprehendenda, iam illi sibi potestatem esse factam existiment, summa imis miscere, et interpunctiones saepe aut sine causa immutare, aut certe eodem loco habere, ac si a Stephano properante inter equitandum essent interspersae?

§. XI.

Cum igitur hic nihil sit, quod mutationem vel suadeat, immo vix, quod permittat; vereor ne illi, qui nodum hic in scirpo quaerunt, cum naeuum quemdam, quem putant videre se, eloquentiae Paullinae abstergere laborant, temerariae libidini Socinianorum, Fanaticorum aliorumque in ipso ecclesiae sinu hominum fenestram aperiunt, et oclusa, si qua fuit, rima, viam patefaciant ad conatus cuiuscumque interpunctionis permutandae latissimam. (c)

§. XII.

Ad extremum neque id plane nullius est, permultos nouitatis huius amatores ad inuidiam Pontificis constandam adeo libenter

(c) RAMBACHII Herwen. Sacr. Libr. III. Cap. I. §. XIII. pag. 426.

benter descendisse, quod IOANNES CAMERO, ERASMVS SCHMIDIUS, VRSINVS et RVSIUS ipsi de se produnt. (d) Ego contra vel ideo in pristina sententia manendum esse cum magno ICTO IAC. GOTHOFREDO crediderim, ne tela Pontificiorum inde petita pertimescere videamur, quippe quae, ut planum fiet, ecclesiae Romanae auctoritatem non vulnerant, sed funditus prosternunt.

CAPVT. III.

DE SENTENTIAE HVIVS EXPLICATIONE.

§. I.

Venimus nunc, fractis putaminibus, ad ipsam elogii in ecclesiam collati expositionem, quam ea, qua fieri poterit, perspicuitate trademus.

§. II.

Vocat ecclesiam scriptor diuinus *ἐύλον*, quae vox cum altera *ἐδραϊώματος* appellatione coniuncta, non instrumentum scribendi hic notat, licet hac quoque denominatione ecclesia possit insigniri; sed columnam. Columnae vsus est diuersus. Ponitur aut sustentandi, coniungendi, defendendi et ornandi causa, aut in rei signum, memoriam, monumentum et eiusdem generis alios vsus. Inde flores decerpi ad varia transferuntur. In re domestica mater familias et liberi, in re publica viri ciuitatis primarii, in ecclesia militante viri doctrinae ac pietatis laude praestantes, in triumphante victores pii, idem

C 3

nomen

(d) quorum loca indicauimus *Capitis superioris §. VI.*

nomen tum officii, tum oneris ferendi, tum honoris caussa adipiscuntur. (e)

§. III.

Ornamentum ecclesiae alterum est ἐδραΐωμα. Id simplicitate vice in nouo foedere occurrit, atque in variis significationibus, quas praeclaro studio indagauit GOTHOFREDVS, (f) hanc plerumque potestatem exercet, vt et stabilitamentum, sustentaculum, fundamentum, et vi ac iure natalium, fellam, sedem, atque vt addit BECMANNVS (g) domicilium designet. Colligatum hic alteri verbo εϋλος, virumque non multum differre videtur, (h) licet hoc fere sit stantis, illud sedentis. Inde desumpta imagine in re sacra veritas Evangelica, et viri sanctiores saepe ἐδραΐωματα audiunt (i) atque adeo omnes Christiani iubentur esse ἐδραΐοι καὶ ἀμετακίνητοι. (k)

§. IIII.

Cuiusmodi autem εϋλος et ἐδραΐωμα est ecclesia Dei? τῆς ἀληθείας. Veritas ex vsu scriptorum caelesti numine adflatorum, vt alia non necessaria mittamus, generatim notat verbum Dei fallere nescium, (l) quod propter summam excellentiam pulchri-

(e) *Sir. X. 18 Gal. II. 9. Apoc. III. 12* vid. GATAKERVM et VRSINVM loc. adleg. *Dissert. Celeb. NEVBAVERI de columnis ecclesiae Giesl. 1736. et SCHOETTGENIVM Hor. Hebr. et Talmud p. 738.*

(f) *Dissert. cit. v. SVICERI Thesaur. Ecclef. Tom. I. p. 1055. sequ.*

(g) *Origin. Lat. L. p. 772. et Manuduct. pag. 11.*

(h) *Annotations upon the holy Bible*, vbi aperte in elegantiori loci huius explanatione subiungunt: *The two things signifying in use the same thing.*

(i) vid. SVICERI *Thes. Tom. I.* in voce Πίστεως pag. 712. sequ. vbi apparet, quam ridendus sit BELLARMINVS, qui ex hac appellatione Episcoporum Romanorum primatum quemdam extorquere voluit, qua viri sancti cuiuslibet dignitatis atque ordinis frequenter salutabantur.

(k) *I. Cor. XV. 85. et Col. I. 23.*

(l) *Io. XVII. 17. ὁ λόγος ὁ σὸς ἀληθεία ἐστίν.*

pulchritudinem, vtilitatemque caelestium veritatum, vocatur veritas, sine adiecto: et, quamvis sapientia eius sit πολυπόκιλος, tamen ob nexum veritatum illarum arctissimum in numero singulari effertur. Aliquando ponitur pro Evangelio, aliquando pro harmonia nunc typi cum typo, nunc cogitationum cum re ipsa, nunc verborum et signorum externorum cum cogitationibus, nunc pro omnis vitae nexu cum doctrina. (m) Hoc loco cum voce ἐδραίαμα consociatum tribus praecipue modis potest accipi, ita, vt aut firmamentum veritatis designet, quod ipsam veritatem firmet et stabiliat, aut eiusmodi, quod a veritate firmatur et stabilitur, quemadmodum vocatur ecclesia πλήρωμα Θεῶ, (n) non quod Deum implet atque concludit, sed quod ab eo impletur, aut denique, quod mos loquendi vritatus permittit, vt firmamentum verum notet. (o) Nobis duae priores maxime probantur rationes, neque hic tantummodo firmamentum quoddam verum, sed ad eo firmamentum veritatis intuemur: quia e vestigio adducuntur mysterii veritates, a quibus firmamentum accipit, et quarum vicissim columna et stabilimentum est ecclesia. Per veritatem autem verissimas vnasque omnium maxime salutare verbi diuini doctrinas et instituta vitae ad illam regulam efformatae intelligimus.

§. V.

Cum vero manifestis signis metaphora hic luceat, si columnae firmamenti nomen ecclesiae indatur, at vero metaphorae explanatio tam diuersa et multiplex esse possit, quam est varia rei, vnde petitur, significatio, (p) absouum esset statim de susten-

(m) Conf. LEIGH. *Crit. Sacr.* et SVICERVS in v. ἀλάθεια.

(n) *Epb. I. 23.*

(o) Vid. GLASSII *Pbil. S. Lib. V. Tr. I. Cap. XIII. p. 1882. sequ.*

(p) SEB. SCHMIDIVS *Colleg. Bibl. Post. Luc. XVI. §. VIII. p. 299.*

sustentatione quadam fundamentali, qua veritati ecclesia seruiat, loqui, aut adeo, quod impudenter quidam faciunt, de visibili quadem ecclesia nugari, propterea quod columna sit corpus quoddam adspectabile. (q) Sed ex consensu, et conspiratione aliorum Spiritus Dei oraculorum huic nostro lux est adfundenda, ne talpa caeciores vmbra[m] sectemur.

§. VI.

Veritates ad salutem consequendam necessariae nusquam vel verbo in codice sanctissimo dicuntur ab ecclesia pondus, vires et robur exspectare, aut accipere. Sunt illae aeternis legibus fixae, sunt sua natura verae, neque, ea de causa, vt verae sint, consensu, et ope humana, aut adminiculo indigent, ad quod admittantur. Quapropter qui floribus his in oratione Pauli tralatitii auctoritatem ecclesiae nimiam stabilire velit, is profecto in litore arenoso fundamentum nouae ac periculosa[e] sententiae ponit. Verum nec hoc, nisi alia scripturae testimonia proiciamus, fieri potest. Fac enim, a Paulo Ephesinam hic ecclesiam, in qua Timotheus degebat, in tanto auctoritatis fastigio collocari, vt veritatem caelestem, quasi esset conditione et natura sua debilis sustentare, confirmare, lapsuramque erigere posset; nonne pugnantia loqueretur vir Dei, qui litteris ad eandem ecclesiam scriptis significat, eam esse superfructam ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν, ὅτος ἀπρογωνία αὐτῶ ἰησοῦ χριστοῦ. (r) atque ad Corinthios (s) scribens aliud fundamentum poni posse, παρὰ τὸν κείμενον θεμέλιον, ὅς ἐστιν ἰησοῦς ὁ χριστός, praecise negat? At veritatem diuinitus traditam ecclesiae testimonio, verbi praedicatione, et custodia

(q) PAZMANNVS eo nomine refutatur in PRVCKNERI *Vind. Bibl.*
in b. l.

(r) *Eph. II. 20.*

(s) *Ep. I. Cap. III. 11.*

stodia, fidei constantia, vitae sanctitate, saepe etiam sanguine et morte ornari, obfignari et stabiliri, omnium confessione constat, adeo, ut vere iudicer magnus GERHARDVS, si sanam interpretandi regulam sequamur, ecclesiam columnae et firmamentum etiam architectonice esse comparandam. (t)

§. VII.

Vnde apparere puto, non esse diutius ambigendum, in vtram nos partem vertamus, eam ne metaphorae sententiam amplectamur, quae aliunde satis est manifesta et munita, an vero illam, quae nusquam alias, nisi in metaphorae sede ac domicilio quodam latet, et cui reliqua omnia refragantur?

§. VIII.

Neque circumspecta hac appellationis significatione haesitabis, quam hic ecclesiam putet Apostolus. Certe non particularem tantum Ephesinam, cui Timotheus praeerat, quae, cum non ita multo post vero amoris studio excidisset, (u) neglecta et amissa pietate, penitus ruinam trahebat: Sed eam, quam paullo ante dixit domum et coetum Dei viui, ubi Deus, tamquam in domicilio suo ac templo habitat, et domesticis suis hoc est vere fidelibus bona ac dona domus suae per ministros et oeconomos mysteriorum diuinorum dispertit: Hanc veram atque vniuersalem ecclesiam generatim dictam, quae aliquando, si hominum oculos spectes, in terris esse potest inuisibilis et occulta, plerumque tamen Dei beneficio est conspicua et adspectabilis, quae habet illustres notas, purum verbi diuini praeconium et sacramentorum usum, ac propter archissimum cum Christo, capite, coniunctionem, plane deficere nequit, hanc, inquam, vocat columnam et stabilimentum veritatis. Omnium maxime hos honores vsurpare poterat ecclesia a-

D

post-

(t) *cit. loc. p. 800.*(u) *Apoc. 11. §. confer de hoc argumento IO. GEORG. DORSCHER Theol. Zacharian. Part. 11. Sect. 1. Disp. 11. Loc. 1. p. 70. seq.*

postolica eius temporis, tot donis miraculosis veritatem diuinam confirmantibus insignis.

§. VIII.

Sunt autem doctissimi sacrarum litterarum indagatores, qui Apostolum in similitudine hac ad alia quaedam respexisse putent. Quos in tres classes distinctos, partim ad gentiliam delubra, partim ad Israëlitarum fontes properare, partim artificis vocum metaphoricarum finibus se continere animaduertimus.

§. X.

Quidam cum IACOBO GOTHOFREDO, (x) Apostolum, dum haec scriberet, de columnis in templo Ephesino, de mysteriis Cereris, et aliis gentilium templis, quae multis columnis, errorum et mendaciorum monumentis, instruebantur, cogitasse, atque eiusmodi pilis vnam columnam veritatis, ecclesiam Dei, mysteriis Eleusinis, quae tenebris et silentio obuoluenda erant, illustrem ecclesiae veritatem, mysterium quidem, sed *ὁμολογούμενος μέγα* ex aduersa parte posuisse putant. Alii cum FRANCISCO IVNIO (y) et GATAKERO (z) imaginem videntur conspiciere columnarum forensium, ad quas decreta, leges, foederumque formulae adfigebantur, quia ecclesia voluntatis diuinae testimonia, et foedus cum hominibus initum in conspectu omnium et propatulo exponit.

§. XI.

Verum cum non omnibus haec probarentur, qui, quod domini est, aliunde nolunt conquirere, ad sacra Iudaeorum se se contulerunt, aut patres ecclesiae quosdam secuti, aut nouas vias ingressi. Plurimi adeunt columnas binas prope templum
Iudai-

(x) *Exercitaz. supra laudata et Reu. WOLLIVS in Dissert. cit.*

(y) *Animaduers. in BELLARM. Controuers. IIII. Cap. XIII. Art. V. Op. Tom. II. p. 1120.*

(z) *Miscell. Scit. I.*

Iudaicum exstructas Iachin et Boas, quarum artificium et ornamenta admodum distincte in historia sanctissima (a) describuntur, quas typum ecclesiae fuisse sibi persuadent. (b) Ad columnam nubis alii (c) oculos conuertunt, quae non modo dux, sed etiam magistra quaedam erat Israelitarum, per quam Deus loquebatur. (d) Sunt etiam, (e) qui animum referant ad columnam illam regiam in templo, cui Rex Israëlitarum in sacris faciendis dicitur adfuisse. (f) Nonnulli in columnis et stabilimento tabernaculi Mosaici (g) quod ecclesiae militantis figura fuit, (h) appellationi huic sedem figunt: neque rei declarandae simulacra et colores desunt pulcherrimi. Huc se recipit vir doctissimus SCHARBAV, nec tamen, ut opinatur, primus. (i) Iam pridem enim GERHARDVS disertis verbis scripsit, (k) homines pios esse columnas tabernaculi, atque inde ecclesiam dici columnam et firmamentum veritatis, adducto eam in rem hoc ipso dicto, quod perpendimus, Paulino. Et placuit aliis in voce *ἰδραίωνα* thronum gratiae, vnde oracula consulentibus dabantur, (l) et plura, quae sunt eius generis, contemplari. (m)

§. XII.

Tandem ex ipsis metaphorae, ut ita loquar, visceribus FRANCISCVS

D 2

- (a) I Reg. VII 15-21.
 (b) GLASSIVS *Philolog. S. loco adducto*. SEBAST. SCHMIDIVS c. I. §. 15. p. 301.
 (c) conf. SCHARBAV *cit. p. 144.*
 (d) Exod. XXXIII. 9. Psalm. XCVIII. 7.
 (e) ALEX. MORVS *in adnot. ad hunc Paulli loc.*
 (f) II. Reg. XXIII. 3.
 (g) Exod. XXXX.
 (h) Vid. HERM. WITSIVS *Miscell. Sacr. Libr. II. Dissert. I. §. XXV. et XXXI. pag. 41. sequ.*
 (i) *Hanc illustrationem, ait, nemini, quod sciam, observatam fuisse miror: in Parerg. Philolog. Theol. Pars V. p. 140.*
 (k) *Loc. Theol. Tomo V. de Eccl. §. XXVIII. pag. 603. et sequ.*
 (l) *Nam. VII. 89.*
 (m) HEINSII *Exercit. ad N. Test. pag. 514.*

CISCVS WOKENIVS (n) hanc sententiam ingenio vsus erudit, qui describi hic censet imaginem ac statum ecclesiae vix plantari coeptae, vbi fundamentum quidem positum est solidum, et columna quaedam erecta, sed cum aliis deinde coniungenda, vt domus perficiatur. Quam opinionem, credo, adiuuare possit Paulli de eadem ecclesia Ephesina iudicium, quod litteris ad eam datis expressit. (o)

§. XIII.

Probe excussis hisce obseruationibus, facile video, nihil fere non in coniecturis poni; potiores tamen videntur eorum conatus, qui et hic Testamenti noui cum antiquo amicum foedus quaerunt. Interim si nullam in partem eorum, quae adferunt eruditi, Apostolum mentis aciem conuertisse statuamus, tamen in generali hac columnae et fundamenti similitudine satis multa, quae et vsu et amoenitate se commendent, non latere, verum adeo eminere crediderim.

§. XIII.

Meretur enim ecclesia, vt vno fasciculo omnia complectar, veritatis columnae et stabilimenti nomen: quia doctrinam salutaris diuinitus acceptam, vera fide firmiter tenet, eandemque per verbi diuini praecones publice omnibus adnuntiat, aduersariis occurrit, cunctisque se supplicii citius offert, quam de veritate illa quicquam vnum e manibus dimittat. (p) Sic veritatem non in seruitio, nec tantum in custodia, sed quasi in tutela habet. Hoc sane modo et ipsa ecclesia generatim dicta, et eius ministri rite vocati, quorum labia custodire debent scientiam, (q) et vnusquisque verae ecclesiae cuius, qui in sacerdotium

(n) *Observat. Critico-Bibl. p. 53.*(o) *Cap. II. 21. 22.*(p) *AEGID. HVNNIVS Op. Lat. Tom. II. p. 616.*(q) *Mol. II. 7.*

tium regium Christi sanguine cooptatus est, (r) honore columnae et firmamenti fraudari nequit.

§. XV.

Adeo haec nobis quidem videntur perspicua, vix vt mirari fatis possimus, esse nonnullos, qui elogium hoc ecclesiae ab iudicent; cum tamen iidem illi non sint nescii, alia ecclesiae nomina non minora in scripturis imponi. Cuiusmodi sunt, vt quasi in sideribus caeli, quae videntur maxima, vel digito monstrem: domus et templum Dei, corpus et sponsa Christi sine naeuo, plenitudo Dei, regina, et filia Regis omni ex parte gloriosa. (s) Nec vniuersae iustorum societati denegabimus, quod vel vni congregationis sanctae ciui Salomon tribuit, quem פִּיּוֹן עוֹלָם fundamentum saeculi seu mundi nuncupat. (t)

CAPVT IIII.

DE IIS, QVAE INDE SEQVNTVR.

§. I.

Habes hic expressam verae ecclesiae effigiem, quae, si diuinae veritatis luce effulget, sine colore et fimo placet, atque columnae et firmamenti veritatis et splendidum et solidum nomen merito potest adsciscere.

§. II.

Iniurii ergo sunt non in homines solum, sed in ipsam veritatem caelestem, qui ecclesiae idem illud cognomen ea de causa induunt, vt fascibus eius ac securibus omnem veritatem submittant, eiusque audaciae dicam? an sacrilegii? praefationem

D 3

vel

(r) 1. Petr. II. 9. Apoc. I. 6.

(s) Psal. XXXV. 10. 14. 1. Cor. III. 16. et Ep. II. Cap. XI. 2. Eph. I. 23. et V. 27. 30.

(t) Prou. X. 25.

vel in hoc Paulli dicto quaerant. (u) Quot quantivae momenti res ab eiusmodi opinatoribus sint cum praemonstrandae, tum remouendae, antequam tantos cothurnos sibi aptent, ne iteratione utamur, ex superioribus constabit. Quod si fecerint, facient autem numquam, noua ipsis incumbet probatio haud paulo difficilior, suam esse ecclesiam, cui eiusmodi attributa debeantur.

§. III.

Hic sane illis nihil feritur, nec metitur. Concidant potius vno ictu, si, veritate iudice, certandum, quaecumque de adspectabili quadam monarchia ecclesiastica comminiscuntur, quando id, quod Paulus vniuersae ecclesiae adsignat, et quod certis finibus circumscriptum est, vnius hominis arbitrio ac potestati ita committunt, vt non libertas tantum Christiana, sed ipsa veritas ab istius voluntate pendeat. (x) Deinde vel ex hoc verae ecclesiae splendore sole clarius elucet, eam ecclesiam, quae veritati sub iugum missae, traditiones, fabulas, commenta, et miracula ficta anteponit, neuiquam esse dignam, quae a veritate nomen trahat eiusque firmamentum appelletur, cum sit potius veritatis sepultae, cuius vix cineres et ossa adseruat, monumentum. Sic suum ipsi iugulum feriunt, et vsurpare in eos posses, quod magno animo LV THERVS noster de alio dicto, quo ecclesiae suae auctoritatem nimis efferebant, scripsit.

(u) BELLARMINVS de concil. et Eccles. Lib. II. Cap. 11. Op. Tom. 11. pag. 57. sequ. et Lib. III. Cap. X1111 p. 148. sequ. quem presso pede in hac via persequitur & apprehendit FRANC. IVNIVS Oper. Tom. 11. p. 1120. sequ.

(x) Ne quis autemet, cum laevis et umbris nos conflictari, audiamus hominem Pontificium, si eruditionem et dignitatem spectes summum, GABRIELEM PALAEO TTVM: in ecclesia, inquit, spectat ad Summum Pontificem condere leges morales, et praescribere ius omnibus personis ecclesiasticis et ecclesiae, idem tamen non semper tenetur seruire huiusmodi leges, sed potest agere praeter illas. Ita iudicat in Commentario de Consultat. S. Confist. Part. I. Quaest. 111. Art. 1. p. 21.

psit: (y) *Sage mir, wie könne der Pabst einen feinern gewaltigern Spruch aus der ganzen heiligen Schrift wieder sub selbst uns weisen, und in die Hände geben?*

§. IIII.

In decernendis iustis ecclesiae honoribus, Evangelici se intra limites Scripturae continent. (z) Omnium minime ad Pontificios in iudicio de ecclesiae auctoritate accedunt, quod nuperime quidam Romano Catholicus inde demonstratum iuit, quoniam LV THERVS hoc Paulli dictum pro ecclesiae auctoritate aliquando adduxerit. (a) Enim vero egregius hic demonstrator aut ignoraui, aut male dissimulat explicationem grauiissimam, quam alibi (b) dicto huic Paullino idem ille LV THERVS adiecit, quae nescio, an homini isti videatur Romano-Catholica, quam ut adscribamus, eius aut inscitia aut impudentia iubet: *Die heilige Christliche Kirche ist nicht ein Robr -- -- Nein! Sie wancke nicht, und giebt nicht nach, wie -- -- die Päbstische Kirche, die wie eine Ebebrecherin meiner, sie müsse nicht fest halten bey ihrem Ebemannne -- -- Sondern sie ist, spricht S. Paulus, ein Pfeiler und Grundfest der Wabheit: Sie stehet, spricht er: ist eine Grundfeste und fester Grund, dazu nicht ein falscher oder Lügengrund &c.* Et quae sequuntur his similia, atque etiam grauiora.

§. V.

Dum vero ab illo itinere deflectunt Evangelici, cauent sibi ab altera excursionem illorum, qui nimis parum de ecclesiae notis sunt solliciti, quibus, ut tutius lateant, satius est omnem ecclesiam tene-

(y) *Op. Tom. VII. Germ. edit. Viremb. p. 551.*

(z) *vid. BVDDI Dissert. qua Iudicium de Lutheri ecclesia Rom. expenditur.*

(a) *Der Catholische Lutheraner, Würzburg, 1736. pag. 35.*

(b) *loc. cit. pag. 518.*

tenebris obuoluere. Nec accedunt iis, qui Donatistis et Nouarianis propemodum deteriores, ex suo ingenio ecclesiam, tamquam reipublicam Platoniam sibi fingunt, veritate verbi, dignitate sacramentorum et ministerio ecclesiae plerumque contemtim habito. (c) His tenebrae pro luce, errores pro veritate, sua voluntas pro vitae regula, sua societas pro ecclesia est. Hi relictis veritatis castris ad alia omnia transeunt, cum ecclesiae quotidianam emendationem potius adiuuare, quam praeter causam fugere deberent, reuocante apostolo. (d)

§. VI.

Elogio nostro rite explicato hisce omnibus occurritur, in quo praeter descriptionem grauis etiam cohortatio, et, quia a DEO proficitur, promissio non inanis habetur.

§. VII.

Praestet igitur ecclesia officium laude sua dignum. Amet veritatem, quae est verbum Dei: hanc in oculis ferat, hanc custodiat, hanc aliis declaret, hanc ab aduersariis et osoribus veri tueatur: expurget errores et doctrinae et vitae veritati contrarios, ne excindatur. (e)

§. VIII.

Nemo se ciuitate Dei donatum esse in animum inducat credere, nisi qui veritatem in ecclesia sola quaerendam inuenit, inuentamque constanter adseruat. (f) Nec hos ecclesiae triumphos, monumenta, honores solo Christianorum nomine ostenter, sed in animis condat et figat, verumque lucis splendorem in gloriana patris caelestis vndique diffundat, (g) vt Spiritus sanctus ipsam men-

(c) *Conf. Aug. Art. VII. et Apol. pag. 148.*

(d) *Flebr. X. 25.*

(e) *Rom. XI. 22.*

(f) *Τότε προσέειπε μακάριον πῶς ἐστὶ γενέσθαι μέλος, ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἀξίως τοῦ τοιαύτου γενόμεθα κλήσεως* scribit GREGOR. NYSSENVS in *Cant. Cantic. Hom. X 1111. Op. Tom. I. p. 683.*

(g) *Matth. V. 16.*

mentem veritatis columnam, ac sedem faciat, in eaque constituat doctrinae sublimioris cathedram. (h)

§. VIII.

Ita primis ecclesiae ministri haec civitatis Dei insignia semper ob oculos ponant. Dent assidue operam, ne quid indignum tanto honoris praeconio admittant: quin potius eos se esse putent, qui prae ceteris doctrinae puritate, vitaeque Christianae exemplo ecclesiam ornare, veritatemque illibatam ad posteros transmittere debeant. Sint igitur veritatis sanctissimae sectatores, eiusque signum in adversarios, qua par est, et prudentia, et virtute inferant. Consistant ipsi tamquam pilae in Christo, rupe hostibus inaccessa, fundatae. Eo precibus, curis, omnique opere nitantur, ut ex ecclesiae ministris ipsam ecclesiam, ministros ex auditoribus, auditores ex veritatis agnoscendae, defendendae, et ipsa vita exprimentendae studio a reliqua hominum turba discerni possint.

§. X.

Ita facile tuebitur ecclesia et ornabit sparam, quam accepit: neque erit, quod timeat. Si potentia, si externo splendore, vi, manu, armis res Christiana stare, actum esset de ecclesia. Illa autem est firmamentum non horum omnium, quae sunt saepe opinione citius prosterrenda, sed veritatis, quae est invicta, aeterna, nec, si caelum ruat, terra loco moueatur, omnia diffluant, gradu deicienda. (i) Nec infirmissimi in populo Dei summum ecclesiae decus obscurabunt, modo in reliquarum re: um naufragio, veritate caelesti, quasi vna tabula apprehensa, ad saxum hoc adhaereant. (k) Erunt profecto calami conqussati et contusi Dei beneficio fulcra et firmamenta veritatis, neque poterunt vquam pede proteruo prorui. Namque est, ut verbis apostolicis utar, *ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυναμείας τῆ θεοῦ* et thesaurus tantus etiam *ἰν ὀσσεακίνοισ σκέυεσι.* (l)

E

§. XI.

(h) Io. XVI. 13.

(i) Matth. XVI. 18. Luc. XXI. 33.

(k) CAMERO in Myrob. Evangelico pag. 279: Ita servatur (ecclesia) a Christo, et etsi natus et concutitur, quod columnis et fundamentis saepe contingit, tamen nunquam penitus evertatur.

(l) 11. Cor. III. 7.

§. XI.


Denique si tanta est ecclesiae militantis dignitas, vt in omni aduersariorum imperu, qui columnam hanc et propugnaculum veritatis partim manifesta oppugnatione, partim infidiis et cuniculis, partim hostium intestinorum opera et proditione destruere conantur, tamen consistat; quanta tandem erit victricis triumphantis gloria? Si tabernaculum, per deserta saepe loca transferendum, adeo pulchrum, adeo fixum; qui demum splendor erit, quae perpetuitas templi Hierosolymae caelestis? Si pia congregatio hominum cum tot malis consistantium tam praeclaro cognomine insignitur; quantum denique putas decus fore societatis caelo adscriptae, vbi quilibet victor erit columna e templo Dei numquam eijcienda? (m) Huc oculos, huc animum; viam praemonstrante et prae lucente vel ipso elogio a Paulo in ecclesiam collato: cuius memoria ita AVGVSTINVS erigebatur, vt, facta eius mentione, (n) in ecclesiam, statuam, et firmamentum veritatis hunc quasi titulum incidere: AVDIAMVS. AGNOSCAMVS. SOCIEMVR. GLORIEMVR. REGNEMVS

§. XII.

At nos finem dicendi facturi supremum atque vnum ecclesiae statorem, qui sanguine filii vnigenae coetum sibi peperit, & omni ornamentorum genere auxilium, supplices precamur, velit hanc ecclesiae dignitatem in nostris etiam terris esse sempiternam. Ciues eius veritate sua quasi sole illustret, tamquam clypeo muniatur: fraudes ac vitia abesse, et furias inferas viribus veritatis cedere iubear: vt sint permulti, qui non tantum nomine externaque doctrinae professione, sed pura etiam mentis integritate, sed fidei disciplinaeque testimonio vera ecclesiae insignia circumferant, et perpetua in studio veritatis permansione, columnae firmamentique nomen mereantur.

VIRO

(m) *Apoc. III. 12.* quam in sententiam vid. VITRINGA *Comment. in b. l.*
 (n) *in Psalm. XXXVII. Oper. Tom. IIII. p. 311.*



V I R O
MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQVE EXCELLENTER DOCTO

DOMINO

IO. GOTTFRIED HERMANNO


ECCLESIAE AC DIOECESEOS PLAVIENSIS
PAST. PRIMAR. ET SUPERINTENDENTI

S. P. D.

IOAN. GEORG. ABICHT. D.

Exhibuisti mihi praesentem disputationem, in qua quaestionem, a pluribus eruditis viris diverso sensu explicatam, tam felicitis ingenii acumine, quam varia antiquitatis lectione solide soluisti, et illustrasti. Quaeritur, utrum Paulus Ecclesiam Christianam; an vero manifestationem Dei in carne compellauerit columnam et fundamentum veritatis? Uterque sensus est bonus, uterque viris eruditissimis probatus. Constat, antiquos Patres Ecclesiam Dei columnam et fundamentum luminis nuncupasse. Constit. Apost. lib. III. Cap. XV. Hebraei quoque Synedrium

edrium suum magnum nominarunt fundamentum legis oralis & columnam informationis, quod Lightfoot ex Maimonide in Descript. Templ. Hier. Cap. XXII. docuit. Vnde patet, Ecclesiam seu coetum in Christum credentium satis concinne dici columnam et firmamentum veritatis, quam etiam Patrum Chorus in scriptis suis approbavit. Alteram explicationem multis viris eruditis placuisse certum est; nec illa mihi displiceret, nisi aliqua ellipsis statuenda esset. Vtriusque explicationis rationes accurato iudicio dispōsuisti, ponderasti, et diiudicasti. TIBI gratulor de honoribus ex merito conferendis, Deumque precor, ut TE, quem elegit columnam in Ecclesia nostra, per seros annos sustentet, TIBIque sui Spiritus gratia semper adsistat, ut Ecclesiae fulcrum sis et ornamentum quam diutissime. Vale! Wittenbergae d. XXVII. Iunii.
A. R. S. M DCC XXXIX.



914.A 7578




f

sb.

1017

1909







DISSERTATIO INAUGVRALIS ⁵
DE
S V M M A
ECCLESIAE VERAЕ
DIGNITATE

AD LOCVM S. PAVLLI CONTROVERSVM
I. TIM. III. c. 15.

Die Gemeinde des lebendigen Gottes,
ein Pfeiler und Grundveste der Wahrheit.

QVAM
PRAESIDE
DN. IO. GEORGIO ABICHT
S. THEOLOG. DOCT. ET PROF. PVBL.
CONSIST. ADSESS. PAST. ET SVPERINT. GENERAL.

PRID. CAL. IVL. CIO IO CC XXX VIIIIL

PRO LICENTIA
SVPREMOS IN THEOLOGIA HONORES
RITE ADIPISCENDI
PVBLICE EXAMINANDAM
PROPONIT
AVCTOR RESPONSVRVS
IO. GOTTFRIDVS HERMANNVS
ECCLES. AC DIOECESEOS PLAVIENSIS
PAST. PRIM. ET SVPERINTENDENS.

VITEMBERGAE
TYPIS EPHRAIM GOTTLÖB EICHSFELDII
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.